

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ardeamus. Per punctio[n]is autē lachrymas nil terrenū: nil transitoriū querere debemus. Solus nobis desiderium perficit: qui fecit omnia. Transcendamus per desiderium omnia: vt mēte colligamur in vñū. Non tā timore penarū. non memoria virtutum: sed amoris flamma succēsi ardeamus in lachrymis cum odore virtutum. Ista electorū oratio prospiciebat: cum in sponse laude diceretur. Que est ista que ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatib⁹ mirre et thuris: et vniuersi pulueris pigmentarij. Cant. 3. Sancta q̄p̄ pe electorum ecclesia cū ab hoc mundo in sanctis precibus ardētī amore se erigit p̄ desertū quod deserit ascendit. Qualiter vero ascendat: adiungit. Sicut virgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur: sicut per psalmistā dicitur. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. ps. 140. Fum⁹ excutere lachrymas solet. Itaq; fumus est ex aromatib⁹ compunctio orationis cōcepta ex virtutibus amoris. Que tamen oratio fumi virgula dicitur. quia dum sola celestia postulat secreta progredit: vt ad terrena atq; tēporalia petenda minime reflectat. Et notandū q̄ non virga: sed virgula nuncupatur. quia interdū in compunctionis ardore tante subtilitatis est vis amoris: vt hāc nec ipse animus possit cōprehendere qui illuminatus meruit habere. Bene autē dicitur mirre et thuris. Thuris enī ex lege domino in sacrificium incendit. Per mirram vero corpora mortua condiunt: ne vermibus corrumpant. Mirre ergo et thuris sacrificiū offerunt qui et carnem afficiunt: ne eis corruptionis vitia dominentur: et redolentē in conspectu dñi amoris sui hostiā incendunt: seq; ipsos deo in sanctis virtutibus exhibent. Unde et illic subditur. Et vniuersi pulueris pigmentarij. Puluis est pigmentarij: virtus bñ operantis. Et notandū q̄ virtutes bene operantiū non pigmenta: sed pulueres dicuntur. Cum enī quelibet bona agim⁹: pigmenta offerimus. Cū vero ipsa etiā bo-

na que agimus retractamus: et ne quid in his sinistrū sit iudicio retractatiōis attendimus: quasi ex pigmentis puluerē facim⁹ vt orationes nostras domino p̄ discretionem et amorem subtilius incēdamus. Ecce hec vt deo largiente potuimus: coram vobis fratres charissimi rimati sum⁹. Remo autem me reprehendat si post hāc locutionem cessauero. quia sicut omēs certitudo nostre tribulationes excreuerūt: vñū dicit gladius circūfusi sumus. vñūq; imminens mortis periculū timemus. Alij detruncatis ad nos manibus redeūt. alij captiui. alij interēpti nunciant. Job. 10. Jam cogor linguā ab expositione retinere. quia tedet animā meā vite mee. Job. 30. Jam nullus in me sacri eloquiū studiū requirat. quia versa est in luctum cythara mea: et organum meum in vocē flentium. Jam cordis oculus in mysteriozū discussione nō vigilat. qz dormitauit aīa mea p̄ tedio. ps. 118. Jā minus lectio aīo dulcis est. qz oblitus sum māducare panē meuz a voce gemit⁹ mei. ps. 101. Cui autem vere nō licet: de scripture sacre sensib⁹ loqui mystica qualiter libet. Et qui cogor quotidie amara bibere: quando possum dulcia propinare. Quid igitur restat: nisi vt inter flagella que ex nostris iniquitatibus patimur: cū lachrymis gratias agamus. Ipse etenī qui nos creauit etiā pater nobis factus est. p̄ adoptionis spiritū quē dedit. Et aliquādo filios pane nutrit aliquādo flagello corrigit. qz p̄ dolores et munera ad hereditatē perpetuā erudit. Sit itaq; gloria omnipotentī dño nostro Iesu Christo. Qui viuit et regnat cum patre in vnitāte spūs sancti deus. p̄ omnia secula seculorum. Amen.

Omeliarum beati Gregorij pape sup Ezechielē liber secundus: Finit feliciter. Anno dñi. AD. CCCC. XCVI.